ri um, quando ſequitur ex actione per ſe lici-
ta, non inducit irregularitatem, niſi præceſ-
ſerit culpa lata. Layman. *Theol. Mor. cit. tr.*
& p. 3. cap. 10. n. 4. Gonzalez ad *cap. de cætero*
434 11. *de Homicid. n. 1.* P. Engel ad *eund. tit. n. 48.*
P. Wieſtner *ibid. n. 82.* Textus notabilis
eſt in *cap. quæſitum 7. de Pœnitent. & remiſſionib.*
ubi de Clericis Græcis, qui liberos ſuos in le-
ctum ſecum aſſumunt, & opprimunt, decer-
nitur, eos, tunc demum irregulares fieri, ſi
liberi reperiantur oppreſſi, *ipſis procurantibus,*
435 *vel ſtudioſè negligentibus* : ſtudioſa verò negli-
gentia eſt utique culpa lata. Ratio eſt : quia, ſi
textus in *cap. continebatur 8. cap. ad audientiã 12.*
& plur. ſeqq. de Homicid. inſpiciantur, ſatis am-
biguè & obſcurè loquuntur, nec unquàm di-
lucidè ſtatuunt, culpam levem aut leviſſi-
mam ad irregularitatem ſufficere : unde ex
regulis legitimæ interpretationis prudenter
436 infertur, ex culpa alia, quàm lata, irregula-
ritatem non eſſe aſſerendam. Quin imò,
ſi loquamur in foro conſcientiæ, Suarez, Gi-
balinus, & alii, quos referunt, & ſequuntur
Gonzalez *cit. l.* Pirhing ad *d. tit. n. 63.* Wieſt-
ner *d. num. 82.* ne quidem ex culpa Juridica
quempiam volunt irregularem fieri, niſi ac-
437 ceſſerit Theologica, & mortaliter peccami-
noſa; tum propter textum in *cap. exhibita 22.*
d. t. ubi, qui ex obitu occiſi læſam non habuit
438 conſcientiam, à receptione SS. Ordinum non
repellitur : tum propter rationem, quòd in
homicidio, indirectè tantùm intentô, neque
concurrat defectus lenitatis, neque peccatum
injuſtitiæ, ad irregularitatem ſufficiens, ſi cul-
pa Theologica, & graviter peccaminoſa non
acceſſerit : cùm enim irregularitas tunc ha-
beat rationem gravioris pœnæ, graviorem
quoque requirit culpam.
439 Dico III. Homicidium, indirectè volunta-
rium, quando ſequitur ex actione illicita, ſub-
inde irregularitatem inducit, ſubinde non.
Videndum enim, utrùm actio illa ex ſua na-
tura ſit ordinata ad occiſionem vel mutilatio-
nem alterius, aut ſaltem valde periculoſa, ſi-
cuti ſi quis duellum ineat, ſclopetum exone-
ret in loco publico, gravia pondera dejiciat
440 in locum, per quem homines paſſim com-
meare ſolent; an verò actio illa neque ex ſua
natura ſit ordinata ad occiſionem vel mutila-
tionem alterius, neque etiam valde periculo-
ſa, veluti ſi quis ludat cum fœmina prægnan-
te, & illa ex tali luſu patiatur abortum; aut
ſi Clericus, prohibitæ venationi indulgens,
occidat hominem, quem putabat eſſe feram;
aut ſi Religioſus contra prohibitionem Præ-
lati conis ludat, ac globus ligneus, ex manibus
441 excuſſus, impingat in caput hominis, impro-
viſò tranſeuntis. Primô caſu incurritur
irregularitas, veluti colligitur non tantùm
à ſenſu contrario ex *cap. dilectus 13. cap. ex lite-*
ris 15. de Homicid. ubi ab irregularitate exi-
muntur, qui dederunt operam rei licitæ, &
debitam quoque diligentiam impenderunt;
ſed etiam ex poſitiva deciſione in *cap. contine-*
batur 8. cap. tua nos 19. in pr. de Homicid. cap. ſen-
tentiam 9. Ne Clerici vel Monachi &c. quia 442
nempe, ut dicitur generaliter in *cap. de cætero*
11. de Homicid. qui homicidio cauſam dediſſe vide-
tur, non videtur ad Sacerdotium promovendus;
vel, ut aliàs dicere conſuevimus, danti ope-
ram rei illicitæ, ea, quæ inde ſequuntur, im-
putantur, licèt omnem diligentiam adhibue-
rit. Secundô caſu non incurritur irregu- 443
laritas, niſi culpa lata, uti dictum in *num. 433.*
concurrat : quia homicidium, quod neque
voluntarium eſt directè, neq; indirectè, non
imputatur ad pœnam gravem, qualis eſt irre-
gularitas. Et ita diſtinguunt Covarruv. in
Clem. ſi furioſus p. 5. §. 4. n. 10. Pignatell. *to. 9.*
conſult. 71. n. 11. & ſeq. Engel *cit. l. num. 50.*
Pirhing *n. 65.* Wieſtner *n. 80.* Schambogen
n. 41. contra Innocentium in *cap. tua*, Fagna-
num in *cap. ad audientiam n. 19.* Clericatum
Erotemat. Eccleſiaſt. cap. 63. n. 6. qui indiſtin-
ctè aſſerunt, eum, qui dat operam rei illicit iæ,
fieri irregularem.
At quid faciendum in dubio, quando neſ- 444
citur, ſitne irregularitas contracta necne?
Reſp. in hoc pleroſque conſentire, quòd,
ſi dubium ſit Juris, utrùm videlicèt in caſu ali-
quo de Jure ſit ſtatuta irregularitas? judi-
candum eſſe contra irregularitatem ob tex-
tum, aliquoties citatum in *cap. is qui 18. in pr.*
de Sentent. excommunicat. in 6. ubi ſubindicatur,
irregularitatem non contrahi, præterquam
in caſibus, à Jure expreſſis, qualis non eſt ca-
ſus in Jure dubius. Covarruv. ad *cit. Clem. ſi*
furioſus in pr. n. 3. Verùm, ſi dubium ſit 445
facti, utrùm ſcilicèt factum ita ſit qualifica-
tum, ut irregularitatem cauſare potuerit?
Authores in varia placita dividuntur. Aliqui
ſimpliciter putant, in dubio facti ſtatuendam
eſſe irregularitatem propter textus in *cap. ad*
audientiam 12. cap. ſignificâſti 18. de Homicid. ubi
S. Pontifex mandat, ut in dubio facti pars tu-
tior, id eſt, quæ fovet irregularitatem, eli-
gatur. Covarruv. *cit. l.* P. Pirhing ad *cit. tit.*
num. 59. Alii diſtinguunt, &, ſi dubium 446
facti verſetur de ipſo homicidio vel mutila-
tione, non præſumunt irregularitatem : ut-
pote cùm in dubio præſumptio tendat in par-
tem meliorem & benigniorem; præſumunt 447
autem irregularitatem, ſi certum ſit, homici-
dium vel mutilationem accidiſſe, dubitetur
tamen, an Sempronius v. g. de cujus irregu-
laritate quæritur, ſit cauſa talis homicidii vel
mutilationis : eò quòd neſciatur, utrùm v. g.
ex vulenratione Sempronii, vel negligentia
aut imperitia Medicorum aut Chirurgorum
evenerit; hícque verificari exiſtimant textus
in *cit. cap. ad audientiam* ubi Barboſa *n. 2.* & *cap.*
ſignificâſti. P. Wieſtner ad *cit. tit. num. 87.*
Schambogen *ib. n. 34.* Verùm Gonzalez 448
ad *cit. cap. ad audientiam n. 2. & ſeqq.* & in *cap.*
ſignificaſti n. 6. pulchrè demonſtrat, tam in
dubio facti, quàm Juris, conſiderandum eſſe,
num dubium utrinque ſit æquale; an verò
pro affirmativa ſtet aliqua præſumptio proba-
bilis, eaque per aliam & contrariam non ener-
vetur. In priori caſu opinatur, con- 449
tra

tra irregularitatem eſſe judicandum : quia
ob delictum dubium nemo eſt certâ afficien-
45o dus pœnâ; in poſteriori verò arbitratur,
judicium pro irregularitate ferendum : quia
præſumptionis ea eſt virtus & efficacia, ut ali-
quid tamdiu habeat pro vero & certo, usque
dum contrarium demonſtretur per *cap. ult. de*
Reſtit. ſpoliat. in 6.

§. V.

Quomodò irregularitas ex Homicidio vel Mutilatione per diſpenſationem tollatur?

451 IRregularitas ex homicidio vel mutilatione
per diſpenſationem Pontificiam procul
dubiô tollitur, ut docet cum unanimi alio-
rum Covarruv. ad *Clem. ſi furioſus p. 1. in pr. n. 2.*
452 Ratio eſt : quia irregularitas iſta provenit ex ſo-
la conſtitutione Juris humani, prout deducitur
ex *cap. is qui 18. in pr. de Sentent. excommunicat.*
in 6. Unde ex authoritate Pontificis, qui
Conditor & Author eſt Juris humani Eccle-
453 ſiaſtici, rurſus aboleri poteſt. Et quamvis
in Lege Veteri jam veſtigium irregularitatis
extiterit, dum ibidem *2. Reg. cap. 7. v. 5.* Da-
vidi dictum legitur : *non ædificabis mihi tem-*
454 *plum, quia vir ſanguinum es;* ac in Lege Nova
conſtitutum reperiatur *1. Timoth. 3. v. 3. ut*
455 *percuſſor* ab Epiſcopatu removeatur. Nihil-
ominùs & illa Lex Vetus non erat moralis,
456 ſed cæremonialis; & iſta Lex Nova non erat
Divina, ſed Apoſtolica & humana, ut dictum
457 in ſimili ſupra *n. 180. & ſeq. & n. 276.* Et
hinc etiam infideles neque pro tempore infi-
delitatis, neque pro tempore fidelitatis ex ho-
micidio vel mutilatione cenſentur irregulares
per textum in *cap. ſi quis 8. Diſt. 50. cap. ali-*
quantos 1. cum 2. ſeqq. Diſt. 51.
458 Potiſſima quæſtio eſt, utrùm & quando
Epiſcopus in irregularitate hujusmodi poſſit
diſpenſare? Ubi
459 Reſp. & dico I. Epiſcopus non poteſt di-
ſpenſare in irregularitate, quotiescunque
provenit ex homicidio vel mutilatione noto-
riâ, vel ad forum contentioſum deductâ.
Barboſa ad Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. de ref.*
cap. 6. n. 37. & cæteri Expoſitores unô ferè
460 calamô. Ratio eſt : quia Epiſcopus non
poteſt diſpenſare in Jure communi, præter-
461 quàm in caſibus expreſſis. Atqui, licèt
ſecundùm aliquos in *cap. ult. de Cleric. pugnant.*
in duello expreſſum fuerit, quòd poſſit diſpen-
ſare ad beneficium ſimplex, hodie tamen ge-
neraliter eſt vetitum in *cit.* Tridentin. *cap. 6.*
& in *ſeſſ. 14. cap. 7.* ne Epiſcopus in ejus generis
irregularitate diſpenſet.
462 Dico II. Epiſcopus diſpenſare non poteſt in
irregularitate, quando etiam provenit ex ho-
micidio occulto, ſed voluntario & injuſto.
463 Ita Concil. Tridentin. *citat. loc.* ubi manifeſtè
à poteſtate diſpenſandi in irregularitatibus,
ex occulto delicto manantibûs, excipit homi-
cidium voluntarium.
464 Dico III. Epiſcopus poteſt diſpenſare in
irregularitate, quando provenit ex homici-
dio occulto, quod ex neceſſitate quidem eſt
ſuſceptum, ſed cum exceſſu moderaminis in-
culpatæ tutelæ. P. Layman. in *Theol. Moral.*
cit. tr. & p. 3. cap. 12. n. 2. aſſ. 3. P. Engel ad
tit. de Homicid. n. ult. P. Pirhing ad *eund. tit.*
n. 28. Schambogen *ibid. n. 102.* Ratio 465
deſumitur ex eodem Concilio, ubi à poteſtate
diſpenſandi tantùm excipitur homicidium vo-
luntarium; quale non bene dicitur homici-
dium, ex neceſſitate ſuſceptum, eſto mode-
ramen inculpatæ tutelæ non fuerit obſerva-
tum.
Dico IV. Epiſcopus poteſt diſpenſare in 466
irregularitate, quando provenit ex homicidio
caſuali mixto, ſeu indirectè voluntario, &
occulto. P. Layman. *cit. l. aſſert. 4.* P. Engel
d. n. ult. P. Pirhing *d. l. n. 127.* Magnif. D. P.
König *ibid. ſub n. 33.* P. Wieſtner ad *cit. tit.*
n. 166. Antonell. *de Reg. Eccleſ. Epiſcop. lib. 2.*
cap. 8. n. 12. Ratio eſt : quia in exceptio- 467
ne *citat.* Concilii nomine homicidii *voluntarii*
non debet intelligi caſuale mixtum : quam-
vìs enim indirectè ſit voluntarium, directè
tamen & ſimpliciter voluntarium non appel-
latur.
Dico V. Epiſcopus poteſt diſpenſare in ir- 468
regularitate, quando provenit ex mutilatione
occulta, etiam directè voluntaria & injuſta.
Barboſa ad *cit. cap. 6. Trid. n. 36.* P. Layman.
cit. l. aſſ. 2. P. Engel *d. num. ult.* P. Pirhing
n. 126. P. Wieſtner *num. 167.* Schambogen
n. 99. Antonell. *d. l. n. 11.* Ratio eſt : 469
quia, tametſi ad incurrendam irregularita-
tem homicidium & mutilatio æquiparentur,
attamen ad concedendam diſpenſationem
hæc æquiparatio nullibi reperitur : eapro-
pter, cùm in ſæpe *citat.* Concil. tantùm exci-
piatur facultas diſpenſandi in homicidio vo-
luntario, facultas diſpenſandi in mutilatione
voluntaria non cenſebitur excepta.
Dico VI. Epiſcopus poteſt etiam proba- 470
biliter diſpenſare in irregularitate, quæ pro-
venit ex homicidio voluntario juſto, ſed oc-
culto. Hæc eſt ſententia P. Engel ad *tit. de*
Major. & obed. n. 50. Cujus ratio repeti- 471
tur ex *n. 86.* & *n. 196.* ubi adnotatum eſt, po-
teſtatem diſpenſandi in irregularitatibus ex
delicto occulto, quam Epiſcopi adepti ſunt in
Concil. Tridentin. eſſe favorabilem, & inde
extendendam ad delicta impropriè talia, qua-
le in præſenti eſt defectus lenitatis, qui con-
ſideratur in omnibus, qui juſtè & jure, ſed li-
berè cooperantur ad alterius homicidium &
mutilationem.
Si petas ulteriùs reſcire, quidnam in Con- 472
cil. Tridentin. *cit. l.* intelligatur per delictum
occultum, atque *ad forum contentioſum non de-*
ductum?
Reſp.

Reſp. I. per delictum occultum non tantùm intelligi, quod probari non poteſt, veluti poſt alios explicat Fagnanus ad *cap. veſtra* 7. 472 *de Cohabit. Clericor. & Mulier. à num.* 121. ſed etiam, quod notorium non eſt, notoreitate facti (quia ſcilicèt excuſari vel tergiverſatione celari poteſt) vel notoreitate Juris (quia nempe non conſtat de eo ex propria confeſſione vel ſententia Judicis) veluti cum Sanchez, Navarro, & aliis docet P. Wieſtner ad *tit. de* 473 *Homicid. n.* 169. Cùm enim in aliis quoque materiis delictum cenſeatur occultum, quod neque notorium eſt notoreitate facti, neque notorium notoreitate Juris: nulla occurrit ratio, quare in præſenti materia non debeat accipi in eadem explicatione.

474 Reſp. II. per delictum, ad forum contentioſum deductum, intelligi, de quo lis in judicio jam conteſtata fuit: tunc enim propriè incipit forum contentioſum & judiciarium, quando lis utrinque conteſtata fuit per *cap. ex parte* 30. *de V. S.* 475 Unde, ſi accuſatio vel denuntiatio ſolùm inſtituta fuerit, aut etiam citatio tantùm decreta, vel inſinuata, adhuc procedit diſpenſatio Epiſcopalis, veluti docent Barboſa de *Off. & pot. Ep. alleg.* 39. *n.* 29. P. Wieſtner *cit. l. n.* 170. Eadem diſpenſatio conceditur etiam Epiſcopo, quando lis quidem eſt conteſtata, reus autem ob defectum probationis abſolutus, ut oſtendunt Barboſa *cit. l. n.* 32. P. Wieſtner *num.* 171.

476 Sciſcitaberis adhuc: an ſicut, qui occidit, aut mutilat, fit irregularis; ita etiam, qui reddit alium debilem aut deformem?

Reſp. negativè. Schambogen ad *tit. de Homicid. n.* 93. *&* 96. Ratio eſt: tum quia in Jure hoc expreſſum non eſt: tum quia in *cap. ſicut* 47. *I. q.* 1. membrum debilitatum ſupponitur eſſe membrum propriè dictum, & conſequenter non præſumitur mutilatum.

SECTIO V.

De Infamia.

SUMMARIA.

477. *Deſcribitur infamia.* 478. *Eſt privatio exiſtimationis.* 479. *Indeque pendentium jurium.* 480. *& ſeqq. Ex turpi facto contracta.* 484. *& ſeqq. Quandoque ſufficit factum alienum.* 486. *Ponit impedimentum Ordinationi.* 488. *Infamia Juris deſcribitur.* 489. *& ſeqq. Aliquando irrogatur immediatè à Jure, veluti per exempla monſtratur.* 502. *Infames de Jure Civili cenſentur etiam infames de Jure Canonico.* 503. *Niſi aliud exprimatur.* 504. *& ſeqq. Non requiritur, ut delictum ſit notorium, aut per ſententiam Judicis declaratum.* 509. *& ſeqq. Aliquando irrogatur infamia per ſententiam Judicis, ſicuti docetur per exempla.* 513. *& ſeq. Debet eſſe ſententia valida, licèt infamiam exprimere non debeat.* 515. *Deſcribitur infamia facti.* 516. *& ſeqq. Recenſentur plura exempla.* 523. *Debet eſſe communis.* 524. *Manifeſta.* 525. *Procedere ab honeſtis & gravibus perſonis.* 526. *Oriri ex turpi facto.* 527. *Niti ratione probabili.* 528. *Deſcribitur levis macula.* 529. *& ſeqq. Exempla ſubjiciuntur.* 534. *& ſeqq. Macula paterna non transfunditur in liberos.* 537. *& ſeqq. Excluduntur ab honoribus & Ordinibus.* 540. *S. Pontifex diſpenſat in quavis infamia.* 541. *In infamia Juris nullus Epiſcopus diſpenſare poteſt.* 542. *Niſi quandoque per ſententiam irrogetur.* 543. *& ſeqq. Deciditur, quod fama reſtitutus per Principem ſit habilis ad Ordines, ſi infamia non æquè principaliter ſtatuatur in Jure Canonico.* 546. *& ſeqq. Infamia facti per emendationem vitæ purgatur.* 552. *& ſeq. Agitur de diſpenſatione circa levem maculam.*

§. I.

Quid ſit Infamia?

477 QUintum impedimentum & ſpecies irregularitatis eſt *Infamia*, quam ad propoſitum deſcribere licet, quòd ſit privatio exiſtimationis, indeque pendentium jurium, ex turpi facto contracta, faciens, ut aliquis ad Ordines aſcendere nequeat.

478 Dixi I. *privatio exiſtimationis.* Quemadmodùm enim fama conſiſtit in bona & illæſa exiſtimatione & opinione apud homines: ſic infamia eſt privatio talis exiſtimationis & opinionis per *l. cognitionum* 5. §. 1. *ff. de Extraordinar. cognition.*

479 Dixi II. *indeque pendentium jurium.* Solent nimirum pleraque jura, munera, & officia in Republica non aliis conferri, ac qui vitâ, moribûs, & nomine excellunt: unde infamia, cùm privat exiſtimatione, privat etiam juribûs, muneribus, & officiis, quæ bonam exiſtimationem deſiderant *l. Divus* 40. *ff. de Injur. l. un. Cod. de Infamib. l. neque famoſis* 2. *Cod. de Dignitat.*

480 Dixi III. *ex turpi facto contracta.* Infamia ſiquidem non ſolet nec poteſt irrogari, niſi præceſſerit factum, ex ſe probroſum & ignominioſum *arg. l. qui accuſare* 8. *ff. de Accuſat. l. infamia* 1. *Cod. Ex quib. cauſ. infam.* 481 Ex quo prudenter monet Lauterbach. ad *tit. ff. de his, qui not. infam.* §. 7. famam & exiſtimationem noſtram per aliorum facta & verba injurioſa non lædi *l. ſi non es* 3. *Cod. de Injur.* 482 eosque Cauſidicos & Advocatos imprudenter agere, qui ſuis libellis inſerunt: daß v. g. Titius den Sempronium mit Schmäch-Worten an ſeinen Ehren verletzt; cùm potiùs ita concipi deberet: daß Titius ſich unterſtanden / den Sempronium mit Schmäch-Worten anzugreiffen ꝛc. 483 Minùs detrimentum famæ timendum habet, qui impactam ſibi injuriam, ex Chriſtiana charitate & benignitate condonat, & vindictam, quam poſſet per viam Juris quærere, intermittit per ea, quæ dicta ſunt in *n.* 363.

484 Interim non ſemper requiritur factum proprium, ſed alienum quandoque ſufficit. Sic enim filii & nepotes parentum, qui violentas manus in aliquem ex S. R. E. Cardinalibus injecerunt, infames fiunt *cap. felicis* 5. *V.* 485 *quòd ſi quis de Pœn. in* 6. Sic filii hæreticorum infamiam patris ſentire debent usque ad ſecundam generationem *cap. quicunque* 2. §. *hæ-* 486 *retici cap. ſtatutum* 15. *de Hæretic. in* 6. Sic etiam filii perduellium & proditorum, qui crimen læſæ Majeſtatis commiſerunt, infamiâ notantur *l. quisquis* 5. §. 1. *Cod. ad L. Jul. Majeſtat.*

487 Dixi IV. *faciens, ut aliquis ad Ordines aſcendere nequeat.* Cùm enim infames ad honores, tum Eccleſiaſticos, tum profanos, non admittantur *cap. infamibus* 87. *de R. J. in* 6. *d. l. neque famoſis* 2. *Cod. de Dignitat.* ad Ordines quoque nequeunt aſcendere *cap. ult. Diſt.* 51. *cap. infames* 17. *VI. q.* 1. quia Miniſtros DEI non minùs convenit, integritate nominis ſplendeſcere, quàm Miniſtros hominum; eâque de cauſa Apoſtolus 1. *ad Tim.* 3. ſcripſit: *oportet autem illum* (id eſt Epiſcopum) *& teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.*

§. II.

Quid ſit Infamia Juris; & qualiter impediat Ordinationem?

488 INfamia duplex eſt, Juris & facti. Infamia *Juris* dicitur, quæ propter turpitudinem facti præcedentis irrogatur à Jure, vel immediatè, nullâ alterius exſpectatâ Judicis ſententiâ; vel mediatè, ſubſecutâ nempe ſen- 489 tentiâ Judicis. Irrogatur autem infamia immediatè à Jure, quando factum probroſum tam certum eſt, ut nullâ excuſatione colorari valeat. Hôc modô in Jure Canonico infamia 490 ſtatuitur I. in hoſtiles inſecutores S. R. E. Cardinalium *d. cap. felicis* 5. *de Pœn. in* 6. 491 II. in hæreticos, ſi per annum ſteterint in excommunicatione *cap. excommunicamus* 13. §. *cre-* 492 *dentes. de Hæret.* III. in raptores fœminæ ex cauſa ineundi matrimonii. Trident. *ſeſſ.* 24. *de ref.* 493 *matrim. cap.* 6. IV. in deſcendentes ad duellum, & eorum patrinos Trident. *ſeſſ.* 25. 494 *de ref. cap.* 16. V. in contrahentes matrimonium cum meretrice (niſi fiat ex motivo charitatis Chriſtianæ *cap. inter opera* 20. *de Sponſalib.*) vel aliqua de iis, quæ publicis ſpectaculis mancipantur *cap. ſi quis viduam* 15. 495 *Diſt.* 34. Jure Civili infamia ipsô factô ſtatuitur I. in lenones, qui mares & fœminas pro quæſtu proſtituunt *l. athletas* 4. §. 2. *ff. de* 496 *his, qui not. infam.* II. in contrahentes eôdem tempore bina matrimonia vel ſponſalia *l. prætoris* 1. *l. quid ergo* 13. *in pr. & §§. ſeqq. ff. d. t.* 497 III. in tranſigentes (qui redarguuntur rei) de crimine privato, cui annexa eſt infamia *d. l.* 498 *athletas* 4. §. *ult. l. quoniam* 5. *ff. d. t.* IV. in deſcendentes ad certamen privatum cum homine quæſtûs gratiâ *l. quod ait* 2. §. *ult. ff. eôd.* 499 V. in uſurarios manifeſtos, qui improbum fœnus exercent, & uſuras uſurarum exigunt *l. improbum* 20. *Cod. Ex quib. cauſ. infam.* VI. in 500 violantes juramentum, contractui vel tranſlationi appoſitum *l. ſi quis* 41. *Cod. de Tranſact.* 501 Cùm autem in hac *l.* Imperator utatur ſequentibûs verbîs: *infamiâ notetur*; crederem, infamiam non ipsô Jure, ſed per ſententiam irrogari. Caſus alios dabunt Struv. ad *tit. ff. de his, qui not. inf. exercit.* 7. *th.* 18. & ibi Miller. Lauterb. *eôd. tit.* §. 17. *& ſeqq.*

502 Interim, quos infamat Jus Civile, Jus quoque Canonicum pro infamibus & inhabilibus ad Ordines agnoſcit, juxta textum generalem in *cap. omnes verò* 2. *VI. q.* 1. ubi Hadrianus Papa, *omnes verò*, inquit, *infames eſſe dicimus, quos Leges ſeculi infames appellant.* Barboſa de *Off. & pot. Ep. alleg.* 43. *n.* 2. Antonell. de *Reg. Eccleſ. Epiſcop. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 6. 503 Niſi Jus Canonicum manifeſtè recedat à Civili, veluti receſſit in caſu, quô ſecundæ nuptiæ intra annum luctûs contrahuntur: infamiam enim, quam inurit tunc Jus Civile in *l. prætoris* 1. *ff. de his, qui not. infam.* ſuſtulit Jus Canonicum in *cap. penult. & ult. de Secund. Nupt.*

504 An autem, ſi delictum ſit occultum, infamia contrahatur? Non eſt una omnium mens & opinio. Sylveſter *V. irregularitas q.* 14. & Barboſa *cit. l. num.* 18. cum Paulo de Caſtro, Garcia, & aliis, ibidem nominatis, ſimpliciter affirmant: eò quòd infamia non publicationi ſed perpetrationi criminis ſit annexa. 505 Panormitanus ad *cap. ex tenore* 4. *de Temporib. Ordinat. num.* 4. Covarruv. *Var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. P. Wieſtner ad *tit. de Pœn. n.* 55. tunc demum infamiam Juris contrahi, aſſeverant, quando delictum eſt publicum, etiamſi ſententia Judicis, criminis declaratoria, non acceſſerit: quia ex una parte, quàmdiu delictum eſt occultum, integra manet exiſtimatiô; ex altera verò parte, quàmprimum divulgatur delictum, etiam absque ſententia, tollitur exiſtimatio. 506 Azor, Sanchez, Filliucius & alii, quos citat Barboſa *cit. l.* requirunt ſententiam, criminis declaratoriam, quatenùs etiam ad alias pœnas, ut incurrantur cum effectu, talis ſententia deſideratur.

507 Ego, ut mihi meisque dictis & ſcriptis in *tract. de Jure Leg. cap.* 1. *n.* 275. *& ſeqq.* concordem, ſentio cum prima ſententia, infamiam Juris, quæ ipsô factô dictatur à Jure, ante omnem criminis divulgationem & ſententiam declaratoriam (ſaltem in foro Eccleſiaſtico) vim ſuam exſerere: quandoquidem pœnæ ſpirituales, inter quas *cit. l.* irregularitatem

tem recenſui, ſi latæ ſint ſententiæ, ſtatim ob-
ligant in conſcientia : eò quòd externam
actionem aut executionem non deſiderent.
508 Accedit, quòd, ſi delicti manifeſtatio foret
neceſſaria, vix eſſet differentia inter infa-
miam Juris & facti : cùm utraque ſiniſtram
notam & opinionem apud homines antece-
denter expoſceret.
509 Per ſententiam Judicis infamia irrogatur
I. quando aliquis condemnatur de delicto
publico, quod ſcilicèt Lege publicâ vindica-
tur, atque ab omnibus accuſari poteſt *l. infa-
mem 7. ff. de Publ. Judic.* Tale eſt adulterium,
ſacrilegium, veneficium, maleficium, per-
510 jurium &c. *cap. infames 17. VI. q. 1.* II. quan-
do aliquis condemnatur ex actione propter
unum ex ſequentibus delictis privatis, videli-
cèt furtum, rapinam, injuriam, aut dolum
*d. l. infamem 7. l. prætoris 1. ff. de his, qui not. in-
fam. d. cap. infames 17.* Quòd ſi ex delicto 511
agatur ad rei perſecutionem, nec dolus prin-
cipaliter allegetur, uti contingit in actione
L. Aquiliæ, vel actione quod metûs causâ,
condemnatio non cauſat infamiam. Lauterb.
ad *cit. tit. de his qui not. §. 15.* III. quando 512
aliquis condemnatur ex dolo in uno ex 4.
contractibus, depoſiti, mandati, ſocietatis,
& tutelæ *d. l. prætoris 1.*
Hæc tamen ſententia, ut infamiam infligat, 513
& irregularitatem inducat, debet eſſe valida,
nec ſuſpenſa per appellationem *l. furti 6. §. 1.
ff. de his, qui not. infam.* Sylveſter *cit. l. n. 12.*
In ipſa autem ſententia non eſt neceſſe, ut ex- 514
primatur infamia, dummodò crimen ſit ex-
preſſum, ut notant Perez in *Cod. Ex quibus cauſ.
infam. n. 17.* & P. Wieſtner ad *tit. de Pœn. n. 56.*

§. III.

Quid ſit Infamia Facti ; & qualiter impediat Ordinationem?

515 INfamia *Facti* nuncupatur, quæ conſurgit
ex facto turpi, quod à Jure quidem non
516 notatur, attamen apud viros graves & hone-
ſtos exiſtimationem diminuit. Atque hæc
contrahitur I. ex omnibus delictis, quibus
infamia de Jure eſt annexa, ſi fuerint in judi-
cium deducta, vel aliunde notoria *arg. cap.
quoties 5. cap. inter 10. de Purgat. Canon.* Tho-
mas Tamburinus de *Cenſur. & irregularitat.
tr. 4. cap. 10. §. 3. num. 7.* Miller ad Struv. *de
exercit. 7. th. 17. lit. a. n. 12.* II. ex omni-
517 bus cauſis & actionibus famoſis, quæ propter
favorem perſonarum in actiones in factum
commutantur *arg. l. parens 5. in pr. ff. de Obſeq.
518 parent. vel patron.* III. ex exceptione doli,
quæ in parentes & patronos, cùm illorum no-
men & honorem apud bonos probóſque ſu-
gillet, non datur *l. apud Celſum 4. §. 16. ff. de
519 Except. doli.* IV. ex condemnatione ex
capite doli, aut alterius delicti famoſi, directâ
in procuratorem, ex qua principalis non qui-
dem incurrit infamiam Juris, ſed facti *l. honori
520 2. in pr. ff. de Obſeq. parent. vel patron.* V. ex
repulſa à teſtimonio, quâ Judex repellit te-
ſtem, contra quem exceptio infamiæ fuit op-
poſita *cap. teſtimonium 54. de Teſtib.* VI. ex 521
increpatione paterna, in teſtamento contra
filium ſcripta *l. ea quæ 13. Cod. Ex quibus cauſ.
infam.* VII. ex actione ad palinodiam, 522
quâ is, qui injuriam intulit, ad recantationem
ſeu revocationem condemnatur, per ea, quæ
tradit Clariſſ. D. Franz ad *tit. Inſt. de Injur.
num. 48.*
Porrò infamia facti, &, quam parturit, ir- 523
regularitas requirit quinque conditiones. I.
eſt, ut opinio ſiniſtra ſit communis & publica,
id eſt, à tota communitate, vel majori parte
concepta per *cap. qualiter & quando 24. de Accu-
ſation. cap. præterea 27. de Teſtib.* II. ut ma- 524
nifeſta, ac ore & linguâ ſit expreſſa *arg. cap. ex
tenore 4. de Tempor. Ordin.* ubi Gonzalez *n. 11.
cap. ult. de Furt.* III. ut ortum habeat non 525
à fæce populi & hominibus levioris conditio-
nis per *cit. cap. qualiter & quando 24.* ſed à viris
honoratis & gravibus. IV. ut ratione cri- 526
minis aut facti ex ſe probroſi provenerit, per
dicta ſuperiùs in *num. 480.* V. ut proba- 527
bili ratione nitatur. Sylveſter in *V. infamia n. 3.*
Tamb. *d. l. n. 6.* Barb. de *Off. & pot. Ep. d. all. 43.
n. 17.* Antonell. *de Reg. Eccl. Ep. lib. 2. cap. 6. n. 7.*

§. IV.

Quid ſit Levis Macula ; &, utrùm Ordinationem impediat?

528 AFfinis infamiæ eſt *Levis Nota Macula*, quæ
non quidem ex proprio delicto vel facto
turpi, ſed potiùs ex imputatione, vel ſordido
vitæ genere contrahitur. Lauterbach ad *tit.
ff. de his, qui not. infam. th. 31.* Miller ad Struv.
529 *cit. exercit. 7. th. 20. l. a.* Talem maculam
ob paternum delictum patiuntur I. liberi il-
legitimi, de quibus latiſſimè diſcurrimus in
530 præſenti *cap. à n. 1.* II. carnifices, quo-
rum officium, tametſi infame non ſit, pro vi-
li tamen & ſordido reputatur, maximè ſi ſimul
excoriatores pecorum agant, juxta *reformat.
polit. de Anno 1530. rubr.* von Nach-Richtern.
Stryck in *uſu mod. pand. ad tit. de his, qui not. in-
fam. §. 3. & 4.* III. lictores, qui ad homi- 531
nes facinoroſos, capiendos & cuſtodiendos
ſunt conducti. Stryck *d. l. §. 5.* Licèt in plu-
ribus locis hos ab omni macula immunes eſſe,
doceat Miller ad Struv. *cit. th. lit. g.* IV. 532
caſtratores ſuum; ſandalipilari ſeu veſpillones;
latrinarum aut cloacarum purgatores, de
quibus *citat.* Stryck. & Miller. V. olim 533
plures opifices, artifices, & alii patiebantur
talem maculam, puta textores, balneatores,
tonſores, molitores, tubicines, telonarii &c.
Sed abſterſa eſt hæc macula per *reformat. Polit.
de Anno 1577. tit. 38.* ac conſuetudo contraria
penitus ſublata. Stryck *d. l. §. 2.*

Si pe-

534 Si petas : an levis macula, quâ ſordeſcunt
parentes, etiam in liberos transfundatur?
Reſp. negativè. Tamburin. *cit. l. §. 2. n. 25.*
535 Mev. *p. 5. deciſ. 117. n. 7.* Ratio eſt : quia,
ſicuti delicta non afficiunt alios, quàm aucto-
res *l. ſancimus 22. Cod. de Pœn.* ſic etiam macu-
læ vitioſæ non debent alios, quàm authores
536 ſuos, inquinare. Unde nati ex ſpuriis ca-
rent omni turpitudine. Lauterb. *d. l. §. 32.*
Liberi carnificum, lictorum, & caſtratorum
labe parentum non cenſentur reſperſi. Stryck.
cit. §. 6.
537 Quemadmodùm autem homines levis ma-
culæ excluduntur à dignitatibus per *l. neq; fa-
moſis 2. Cod. de Dignitat.* faciunt locum quærelæ
inofficioſi teſtamenti *l. fratres 27. Cod. de Inoffi-
cioſ. Teſtam.* nec admittuntur ad Collegia opi-
ficum. Struv *d. exercit. 7. th. 20.* Ita quo- 538
que ad SS Ordines acceſſum non habebunt,
prout de ſpuriis & illegitimis certum eſt ex di-
ctis *à n. 5.* de aliis verò probatur ex *cap. inter
dilectos 11. de Exceſſib. Prælat.* ubi perſonis vili-
bus & indignis porta dignitatum & beneficio-
rum Eccleſiaſticorum occluditur ; & conſe 539
quenter etiam SS. Ordines, qui non ſolùm
tranſcendunt omnem dignitatem & excellen-
tiam honorum, ſed etiam viam præparant ad
portam dignitatum & beneficiorum, talibus
perſonis erunt prohibiti. Tamburinus ſæpe
cit. l. §. 2. n. 24.

§. V.

Quis diſpenſet cum infamibus?

540 QUævis infamia poteſt d[illegible]ontifice,
eô effectu, ut infa[illegible]es Ec-
cleſiaſticos promoveri va[illegible]ſtner
ad *tit. de Pœn. n. 62.* utpo[illegible] po-
nat impedimentum ex Jure tantu[illegible]ano,
cujus relaxatio S. Pontifici permiſſa noſci-
tur.
541 Infamia Juris non poteſt aboleri ab alio
Prælato, quàm Summo Pontifice : quippe
qui ſolus eſt ſupra Jus, infamiam & inde ſecu-
tam irregularitatem ſtatuens. Barboſa de
Off. & pot. Epiſcop. cit. alleg. 43. n. 30. Antonell.
542 *cit. lib. 2. cap. 6. n. 12.* Si tamen infamia
per ſententiam irrogetur ex crimine adulterii,
vel minori aliquo, facultas diſpenſandi cum
Clerico infami ad Ordinis exercitium con-
tinuandum, peractâ pœnitentiâ, conceſſa eſt
Epiſcopo in *cap. etſi Clerici 4. §. de adulteriis &c.
de Judic.* Barboſa *d. l. num. 31.* Antonellus
num. 14.
543 Sed utrùm infamis, qui per reſcriptum Im-
peratoris, vel alterius Summi Principis in pri-
ſtinum gradum exiſtimationis ſuæ reſtitutus
eſt, absque ulteriori diſpenſatione poſſit ordi-
nari? Non ſinè ratione dubitare licet. Nam
544 pro affirmativa facit : quòd infamia ſuum
effectum eatenùs operetur in foro Eccleſia-
ſtico, quatenùs operatur in foro Sæculari per
cap. omnes 2. cap. infames 17. VI. q. 1. Cùm igi-
tur in foro Sæculari nihil ampliùs operetur
aut impediat, quando per reſtitutionem Sum-
mi Principis Sæcularis eſt deleta ; nec aliquid
operabitur aut impediet in foro Eccleſiaſtico.
545 Pro negativa verò conducit, quòd juxta de-
ciſa in *n. 69.* legitimatus per reſcriptum Prin-
cipis Sæcularis non cenſeatur eſſe legitimatus
ad SS. Ordines : adeóque nec reſtitutus fa-
mæ per reſcriptum Principis Sæcularis cen-
ſeatur eſſe habilitatus ad Ordines.
546 In hac dubitatione cum diſtinctione re-
ſpondendum exiſtimo. Refert nimirum,
utrùm infamia de Jure Canonico ſtatuta ſit
ſpecialiter & æquè principaliter, per aliquam
conſtitutionem juxta *n. 490. & ſeqq.* an ſolùm
gereraliter per approbationem & receptio-
nem Juris Civilis juxta *n. 502.* Primô caſu 547
qui famæ reſtitutionem per clementiam Prin-
cipis obtinuit, non poteſt ordinari, ſinè ſpe-
ciali Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione : quippe
cùm irregularitas, in foro Eccleſiaſtico ſpe-
cialiter ſtatuta, per gratiam Principis Sæcula-
ris non auferatur, ut bene probatur ex pari-
tate legitimationis in *cit. num. 69.* Alterô 548
caſu poteſt ordinari, ſinè ulteriori diſpenſa-
tione : cùm enim infamia tunc ad ſolam imi-
tationem & exemplum Juris Civilis à Jure
Canonico ſit recepta; conſequens eſt, quòd,
ſi in foro Civili ſit extincta, pariter etiam in
foro Canonico extincta videatur ; poſsétque
adhuc applicari paritas de ſervitute ex *n. 71.*
Itáque in effectu ſentiunt Sylveſter *V. infamia
n. 17. & ſeqq.* Antonell. *cit. l. n. 13.* Wieſtner
ad *tit. de Pœn. n. 63.*
Infamia facti purgatur per emendationem 549
vitæ, ſaltem trienniô continuatam, veluti
conſtanter tradunt Panormitanus ad *cap. in-
quiſitionis de Accuſat. n. 3.* Sylveſter *V. infamia
num. 11.* Tamburinus de *Cenſur. & irregular.
cit. cap. 10. num. 3. & 4.* Barboſa *cit. alleg. 43.
n. 21. & ſeqq.* Pirhing ad *tit. de Temporib. Ordi-
nat. n. 19.* Antonellus *d. l. n. 17.* Wieſtner
d. l. n. 64. Colligitur partim ex *cap. nunquam 4.* 550
Diſt. 56. ibi : *fornicatorem, ad meliora conver-
ſum, nequaquam prior vita maculat* : partim ex
cap. ſi duo 4. XXXV q. 6. ibi : *infames effectos,
donec ab incepto crimine deſiſtant.* Ratio eſt : 551
quia infamia facti, cùm annexa ſit facto inho-
neſto, de quo viri graviores perperam ſen-
tiunt, utique rurſus purgatur factô contrariô,
ſeu emendatione vitæ, de qua viri graviores
optimè ſentiunt, & ſequiorem opinionem,
antehàc conceptam, libenter ſeponunt.
Levem maculam, ex defectu natalium 552
ſubortam, quinam abolere poſſint? Con-
ſtat ex *num. 75. & ſeqq.* Quinam verò macu-
las alias, ex ſordido vitæ genere contractas,
delere poſſint? Neque in Jure neque in Com-
mentatoribus determinatum invenio. Et 553
quia caſus eſt rariſſimus, quòd homines ita
notati Ordinibûs inſigniri petant ; nec ego

quid-

tem recenſui, ſi latæ ſint ſententiæ, ſtatim ob-
ligant in conſcientia : eò quòd externam
actionem aut executionem non deſiderent.
508 Accedit, quòd, ſi delicti manifeſtatio foret
neceſſaria, vix eſſet differentia inter infa-
miam Juris & facti : cùm utraque ſiniſtram
notam & opinionem apud homines antece-
denter expoſceret.
509 Per ſententiam Judicis infamia irrogatur
I. quando aliquis condemnatur de delicto
publico, quod ſcilicèt Lege publicâ vindica-
tur, atque ab omnibus accuſari poteſt *l. infa-
mem 7. ff. de Publ. Judic.* Tale eſt adulterium,
ſacrilegium, veneficium, maleficium, per-
510 jurium &c. *cap. infames 17. VI. q. 1.* II. quan-
do aliquis condemnatur ex actione propter
unum ex ſequentibus delictis privatis, videli-
cèt furtum, rapinam, injuriam, aut dolum
*d. l. infamem 7. l. prætoris 1. ff. de his, qui not. in-
fam. d. cap. infames 17.* Quòd ſi ex delicto 511
agatur ad rei perſecutionem, nec dolus prin-
cipaliter allegetur, uti contingit in actione
L. Aquiliæ, vel actione quod metûs causâ,
condemnatio non cauſat infamiam. Lauterb.
ad *cit. tit. de his qui not. §. 15.* III. quando 512
aliquis condemnatur ex dolo in uno ex 4.
contractibus, depoſiti, mandati, ſocietatis,
& tutelæ *d. l. prætoris 1.*
Hæc tamen ſententia, ut infamiam infligat, 513
& irregularitatem inducat, debet eſſe valida,
nec ſuſpenſa per appellationem *l. furti 6. §. 1.
ff. de his, qui not. infam.* Sylveſter *cit. l. n. 12.*
In ipſa autem ſententia non eſt neceſſe, ut ex- 514
primatur infamia, dummodò crimen ſit ex-
preſſum, ut notant Perez in *Cod. Ex quibus cauſ.
infam. n. 17.* & P. Wieſtner ad *tit. de Pœn. n. 56.*

§. III.

Quid ſit Infamia Facti ; & qualiter impediat Ordinationem?

515 INfamia *Facti* nuncupatur, quæ conſurgit
ex facto turpi, quod à Jure quidem non
516 notatur, attamen apud viros graves & bone-
ſtos exiſtimationem diminuit. Atque hæc
contrahitur I. ex omnibus delictis, quibus
infamia de Jure eſt annexa, ſi fuerint in judi-
cium deducta, vel aliunde notoria *arg. cap.
quoties 5. cap. inter 10. de Purgat. Canon.* Tho-
mas Tamburinus de *Cenſur. & irregularitat.
tr. 4. cap. 10. §. 3. num. 7.* Miller ad Struv. *de
exercit. 7. th. 17. lit. a. n. 12.* II. ex omni-
517 bus cauſis & actionibus famoſis, quæ propter
favorem perſonarum in actiones in factum
commutantur *arg. l. parens 5. in pr. ff. de Obſeq.
518 parent. vel patron.* III. ex exceptione doli,
quæ in parentes & patronos, cùm illorum no-
men & honorem apud bonos probóſque ſu-
gillet, non datur *l. apud Celſum 4. §. 16. ff. de
519 Except. doli.* IV. ex condemnatione ex
capite doli, aut alterius delicti famoſi, directâ
in procuratorem, ex qua principalis non qui-
dem incurrit infamiam Juris, ſed facti *l. honori
520 2. in pr. ff. de Obſeq. parent. vel patron.* V. ex
repulſa à teſtimonio, quâ Judex repellit te-
ſtem, contra quem exceptio infamiæ fuit op-
poſita *cap. teſtimonium 54. de Teſtib.* VI. ex 521
increpatione paterna, in teſtamento contra
filium ſcripta *l. ea quæ 13. Cod. Ex quibus cauſ.
infam.* VII. ex actione ad palinodiam, 522
quâ is, qui injuriam intulit, ad recantationem
ſeu revocationem condemnatur, per ea, quæ
tradit Clariſſ. D. Franz ad *tit. Inſt. de Injur.
num. 48.*
Porrò infamia facti, &, quam parturit, ir- 523
regularitas requirit quinque conditiones. I.
eſt, ut opinio ſiniſtra ſit communis & publica,
id eſt, à tota communitate, vel majori parte
concepta per *cap. qualiter & quando 24. de Accu-
ſation. cap. præterea 27. de Teſtib.* II. ut ma- 524
nifeſta, ac ore & linguâ ſit expreſſa *arg. cap. ex
tenore 4. de Tempor. Ordin.* ubi Gonzalez *n. 11.
cap. ult. de Furt.* III. ut ortum habeat non 525
à fæce populi & hominibus levioris conditio-
nis per *cit. cap. qualiter & quando 24.* ſed à viris
honoratis & gravibus. IV. ut ratione cri- 526
minis aut facti ex ſe probroſi provenerit, per
dicta ſuperiùs in *num. 480.* V. ut proba- 527
bili ratione nitatur. Sylveſter in *V. infamia n. 3.*
Tamb. *d. l. n. 6.* Barb. de *Off. & pot. Ep. d. all. 43.
n. 17.* Antonell. *de Reg. Eccl. Ep. lib. 2. cap. 6. n. 7.*

§. IV.

Quid ſit Levis Macula ; &, utrùm Ordinationem impediat ?

528 AFfinis infamiæ eſt *Levis Nota Macula*, quæ
non quidem ex proprio delicto vel facto
turpi, ſed potiùs ex imputatione, vel ſordido
vitæ genere contrahitur. Lauterbach ad *tit.
ff. de his, qui not. infam. th. 31.* Miller ad Struv.
529 *cit. exercit. 7. th. 20. l. a.* Talem maculam
ob paternum delictum patiuntur I. liberi il-
legitimi, de quibus latiſſimè diſcurrimus in
530 præſenti *cap. à. n. 1.* II. carnifices, quo-
rum officium, tametſi infame non ſit, pro vi-
li tamen & ſordido reputatur, maximè ſi ſimul
excoriatores pecorum agant, juxta *reformat.
polit. de Anno 1530. rubr.* von Nach-Richtern.
Stryck in *uſu mod. pand. ad tit. de his, qui not. in-
fam. §. 3. & 4.* III. lictores, qui ad homi- 531
nes facinoroſos, capiendos & cuſtodiendos
ſunt conducti. Stryck *d. l. §. 5.* Licèt in plu-
ribus locis hos ab omni macula immunes eſſe,
doceat Miller ad Struv. *cit. th. lit. g.* IV. 532
caſtratores ſuum; ſandalipilari ſeu veſpillones;
latrinarum aut cloacarum purgatores, de
quibus *citat.* Stryck. & Miller. V. olim 533
plures opifices, artifices, & alii patiebantur
talem maculam, puta textores, balneatores,
tonſores, molitores, tubicines, telonarii &c.
Sed abſterſa eſt hæc macula per *reformat. Polit.
de Anno 1577. tit. 38.* ac conſuetudo contraria
penitus ſublata. Stryck *d. l. §. 2.*

Si pe-

534 Si petas : an levis macula, quâ ſordeſcunt
parentes, etiam in liberos transfundatur?
Reſp. negativè. Tamburin. *cit. l. §. 2. n. 25.*
535 Mev. *p. 5. deciſ. 117. n. 7.* Ratio eſt : quia,
ſicuti delicta non afficiunt alios, quàm aucto-
res *l. ſancimus 22. Cod. de Pœn.* ſic etiam macu-
læ vitioſæ non debent alios, quàm authores
536 ſuos, inquinare. Unde nati ex ſpuriis ca-
rent omni turpitudine. Lauterb. *d. l. §. 32.*
Liberi carnificum, lictorum, & caſtratorum
labe parentum non cenſentur reſperſi. Stryck.
cit. §. 6.
537 Quemadmodùm autem homines levis ma-
culæ excluduntur à dignitatibus per *l. neque fa-
moſis 2. Cod. de Dignitat.* faciunt locum quærelæ
inofficioſi teſtamenti *l. fratres 27. Cod. de Inoffi-
cioſ. Teſtam.* nec admittuntur ad Collegia opi-
ficum. Struv *d. exercit. 7. th. 20.* Ita quo- 538
que ad SS Ordines acceſſum non habebunt,
prout de ſpuriis & illegitimis certum eſt ex di-
ctis *à. n. 5.* de aliis verò probatur ex *cap. inter
dilectos 11. de Exceſſib. Prælat.* ubi perſonis vili-
bus & indignis porta dignitatum & beneficio-
rum Eccleſiaſticorum occluditur ; & conſe 539
quenter etiam SS. Ordines, qui non ſolùm
tranſcendunt omnem dignitatem & excellen-
tiam honorum, ſed etiam viam præparant ad
portam dignitatum & beneficiorum, talibus
perſonis erunt prohibiti. Tamburinus ſæpe
cit. l. §. 2. n. 24.

§. V.

Quis diſpenſet cum infamibus ?

540 QUævis infamia poteſt deleri à S. Pontifice,
eô effectu, ut infamis ad Ordines Ec-
cleſiaſticos promoveri valeat. P. Wieſtner
ad *tit. de Pœn. n. 62.* utpote cùm infamia po-
nat impedimentum ex Jure tantùm humano,
cujus relaxatio S. Pontifici permiſſa noſci-
tur.
541 Infamia Juris non poteſt aboleri ab alio
Prælato, quàm Summo Pontifice : quippe
qui ſolus eſt ſupra Jus, infamiam & inde ſecu-
tam irregularitatem ſtatuens. Barboſa de
Off. & pot. Epiſcop. cit. alleg. 43. n. 30. Antonell.
542 *cit. lib. 2. cap. 6. n. 12.* Si tamen infamia
per ſententiam irrogetur ex crimine adulterii,
vel minori aliquo, facultas diſpenſandi cum
Clerico infami ad Ordinis exercitium con-
tinuandum, peractâ pœnitentiâ, conceſſa eſt
Epiſcopo in *cap. etſi Clerici 4. §. de adulteriis &c.
de Judic.* Barboſa *d. l. num. 31.* Antonellus
num. 14.
543 Sed utrùm infamis, qui per reſcriptum Im-
peratoris vel alterius Summi Principis in pri-
ſtinum gradum exiſtimationis ſuæ reſtitutus
eſt, absque ulteriori diſpenſatione poſſit ordi-
nari ? Non ſinè ratione dubitare licet. Nam
544 pro affirmativa facit : quòd infamia ſuum
effectum catenùs operetur in foro Eccleſia-
ſtico, quatenùs operatur in foro Sæculari per
cap. omnes 2. cap. infames 17. VI. q. 1. Cùm igi-
tur in foro Sæculari nihil ampliùs operetur
aut impediat, quando per reſtitutionem Sum-
mi Principis Sæcularis eſt deleta ; nec aliquid
operabitur aut impediet in foro Eccleſiaſtico.
545 Pro negativa verò conducit, quòd juxta de-
ciſa in *n. 69.* legitimatus per reſcriptum Prin-
cipis Sæcularis non cenſeatur eſſe legitimatus
ad SS. Ordines : adeóque nec reſtitutus fa-
mæ per reſcriptum Principis Sæcularis cen-
ſeatur eſſe habilitatus ad Ordines.
546 In hac dubitatione cum diſtinctione re-
ſpondendum exiſtimo. Refert nimirum,
utrùm infamia de Jure Canonico ſtatuta ſit
ſpecialiter & æquè principaliter, per aliquam
conſtitutionem juxta *n. 490. & ſeqq.* an ſolùm
gereraliter per approbationem & receptio-
nem Juris Civilis juxta *n. 502.* Primò caſu 547
qui famæ reſtitutionem per clementiam Prin-
cipis obtinuit, non poteſt ordinari, ſinè ſpe-
ciali Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione : quippe
cùm irregularitas, in foro Eccleſiaſtico ſpe-
cialiter ſtatuta, per gratiam Principis Sæcula-
ris non auferatur, ut bene probatur ex pari-
tate legitimationis in *cit. num. 69.* Alterô 548
caſu poteſt ordinari, ſinè ulteriori diſpenſa-
tione : cùm enim infamia tunc ad ſolam imi-
tationem & exemplum Juris Civilis à Jure
Canonico ſit recepta; conſequens eſt, quòd,
ſi in foro Civili ſit extincta, pariter etiam in
foro Canonico extincta videatur ; poſsétque
adhuc applicari paritas de ſervitute ex *n. 71.*
Itáque in effectu ſentiunt Sylveſter *V. infamia
n. 17. & ſeqq.* Antonell. *cit. l. n. 13.* Wieſtner
ad *tit. de Pœn. n. 63.*
Infamia facti purgatur per emendationem 549
vitæ, ſaltem trienniô continuatam, veluti
conſtanter tradunt Panormitanus ad *cap. in-
quiſitionis de Accuſat. n. 3.* Sylveſter *V. infamia
num. 11.* Tamburinus de *Cenſur. & irregular.
cit. cap. 10. num. 3. & 4.* Barboſa *cit. alleg. 43.
n. 21. & ſeqq.* Pirhing ad *tit. de Temporib. Ordi-
nat. n. 19.* Antonellus *d. l. n. 17.* Wieſtner
d. l. n. 64. Colligitur partim ex *cap. nunquam 4.* 550
Diſt. 56. ibi : *fornicatorem, ad meliora conver-
ſum, nequaquam prior vita maculat* : partim ex
cap. ſi duo 4. XXXV q. 6. ibi : *infames effectos,
donec ab incepto crimine deſiſtant.* Ratio eſt : 551
quia infamia facti, cùm annexa ſit facto inho-
neſto, de quo viri graviores perperam ſen-
tiunt, utique rurſus purgatur factô contrariô,
ſeu emendatione vitæ, de qua viri graviores
optimè ſentiunt, & ſequiorem opinionem,
antehàc conceptam, libenter ſeponunt.
Levem maculam, ex defectu natalium 552
ſubortam, quinam abolere poſſint ? Con-
ſtat ex *num. 75. & ſeqq.* Quinam verò macu-
las alias, ex ſordido vitæ genere contractas,
delere poſſint ? Neque in Jure neque in Com-
mentatoribus determinatum invenio. Et 553
quia caſus eſt rariſſimus, quòd homines ita
notati Ordinibûs inſigniri petant ; nec ego

quid-

quidpiam determino: præſerrim cùm apud carnifices & lictores perfacilè concurrat irregularitas homicidii vel mutilationis, de cujus diſpenſatione jam actum eſt *àn.* 451.

SECTIO VI.

De Servitute.

SUMMARIA.

554. Definitur Servitus propriè dicta. 555. Eſt privatio libertatis perſonalis. 556. Indeque pendentium jurium. 557. & ſeqq. Obſtans, quò minùs aliquis ordinari poſſit. 560. & ſeqq. Docetur, quid Juris ſit, quando ſervus de facto ordinatur. 564. Si Epiſcopus ſcienter ordinet ſervum, illius locô tenetur Domino ſatisfacere. 565. Servus, poſt Ordinationem in ſervitutem redactus, amittit privilegium fori & canonis. 566. Definitur ſervitus impropriè dicta. 567. & ſeq. Eſt reſtrictio libertatis perſonalis. 569. Indeque pendentium jurium. 570. Impediens, quò minùs homines proprii, adſcriptitii & originarii. 571. Ad Ordines promoveri valeant. 572. Quoad Ordinationem ſervi propriè & impropriè dicti æquali menſurâ conſiderantur. 573. Poſt triennium à domino repeti non poſſunt. 574. Epiſcopus in hoc impedimento diſpenſare non poteſt. 575. S. Pontifex diſpenſare non ſolet. 579. Tollitur autem plenariâ ſervi manumiſſione. 577. Reſervatio obſequii temporalis impedit Ordinationem. 578. Non item reſervatio obſequii ſpiritualis. 579. & ſeqq. Filiusfamilias absque conſenſu patris ordinari poteſt. 581. A patria tamen poteſtate non liberatur, niſi in Epiſcopum fuerit ordinatus. 582. Bona, poſt Ordines acquiſita, referuntur ad peculium quaſi-caſtrenſe.

§. I.

Quid ſit Servitus propriè dicta; & quomodò impediat Ordinationem?

554 SExtum impedimentum Ordinationis &
ſpecies irregularitatis eſt *Servitus*, tam
propriè dicta; quàm impropriè dicta. Servitus
propriè dicta in ordine ad propoſitum definiri
poteſt, quòd ſit privatio libertatis perſonalis,
indeque pendentium jurium, obſtans, quò
minùs aliquis ordinari poſſit.
555 Dixi I. *privatio libertatis perſonalis.* Eſt enim
libertas alia realis, quæ rebus competere di-
citur, cui è diametro repugnat ſervitus rea-
lis, de qua in *lib. 3. tract. de Jure propriet. cap* 4.
per tot. unde, ut ſervitus, de qua hìc, propriè
deſcribatur, addidi, quòd ſit privatio liberta-
tis perſonalis, vi cujus aliquis de Jure Naturli
poteſt facere, quod ipſi libet *§. & libertas* 1.
Inſt. de Jure perſonar.
556 Dixi II. *indeque pendentium jurium*: ſicut
enim ſtatus libertatis ex *num.* priori dat facul-
tatem agendi & exercendi quæcunque jura:
ſic ſtatus ſervitutis privat facultate agendi &
exercendi quæcunque ferè jura civilia & poli-
tica, dum, ut ait Ulpianus in *l. quod attinet* 32.
*ff. de R. J. quod attinet Jus Civile, ſervi pro nullis
habentur.*
557 Dixi III. *obſtans, quò minùs aliquis ordinari
poſſit.* Ita quamplurima Juris loca inſinuant
in *can.* 81. *Apoſtol. cap.* 5. *V. qui ſervili Diſt.* 51.
cap. nullus 1. *& tot. Diſt.* 54. *cap. de ſervorum* 2.
558 *& tot. tit. de Servis non ordinan.* Ratio eſt:
tum quia conditio ſervilis eſt nimiùm vilis,
nec illuſtrat, ſed multùm obſcurat Ordinis
Clericalis dignitatem *cap. generalis* 12. *cap. ad-*
559 *mittuntur* 21. *d. Diſt.* 54. tum quia perappoſi-
tè quadrat huc illud Evangelicum: *nemo po-
teſt duobus Dominis ſervire* per *cit. cap. nullus* 1.
Gonzalez ad *cap. de ſervorum* 2. *de Servis non
ordinand. num.* 9.
Quòdſi ſervus de facto fuerit ordinatus, 560
intereſt, an dominus ſciverit, vel ignoraverit.
Si ſciverit; ſervus protinus efficitur liber, quaſi
tacitè manumiſſus *cap. ſi ſervus* 20. *Diſt.* 54.
Si ignoraverit; diſtinguendum eſt inter Ordi- 561
nes Minores & Majores. Ordinatus in Mi-
noribus (idem eſt de Prima Tonſura) repe-
tente dominô, redigitur in ſervitutem *cap. ex
antiquis* 9. *cap. frequens* 10. *d. Diſt.* 54. Or- 562
dinatus in Majoribus non aliter in ſervitutem
revocatur, ac ſi nequeat vel æſtimationem ſui
domino perſolvere, vel alium ſervum ejus-
dem valoris ſubſtituere *d. cap. ex antiquis.* Quin 563
imò, ſi fuerit ordinatus Sacerdos, ad jugum
ſervitutis redire nunquàm cogitur, ſed, ſi do-
mino non poſſit quoad temporalia ſatisfacere,
in ſpiritualibus officiis eidem ſervire tenetur
d. cap. ex antiquis & cap. frequens.
Planè ſi Epiſcopus ſervum, non ignarus 564
conditionis ſervilis, ad Majores Ordines pro-
moverit, locô promoti, qui liber remanet,
aut duos ſervos æquè bonos, aut eorum æſti-
mationem domino ſolvere obſtringitur *cap. ſi
ſervus* 19. *cit. Diſt.* 54.
Caſu quô tamen ſervus, poſt Ordines ſuſce- 565
ptos, in ſervitutem redigitur, non ſolùm
amittit uſum Ordinum, ſed etiam privilegium
fori, nec non (quod probabilius videtur)
privilegium canonis, ſaltem reſpectu domi-
ni per textum in *cit. cap. ex antiquis* & *cap.
nulli* 2. *d. l.* ubi ſequens extat deciſio: *ſervus,
non canonicè conſecratus, poſtquàm de Gradu cecide-
rit, ejus conditionis ſit, cujus fuerat ante Gradum.*

§. II.

Quid ſit Servitus impropriè dicta; & qualiter Ordinationem impediat?

566 SErvitus *impropriè dicta* eſt reſtrictio liberta-
tis perſonalis, indeque pendentium ju-
rium, impediens, quò minùs homines pro-
prii ad Ordines promoveri valeant.
567 Dixi I. *reſtrictio libertatis perſonalis.* Ab eo
ſiquidem tempore, quô ſtatus rigidioris ſer-
vitutis inter Chriſtianas gentes exoleſcere
cæpit; pedetentim inolevit ſpecies ſervitutis
mitioris, quæ non omni libertate perſonali
568 privat, ſed eam duntaxat reſtringit. Hinc
dicitur ſervitus impropria, quatenùs ejus
conditionis homines à plerisque magis pro li-
beris quàm ſervis habentur, uti videre eſt
apud Stryck in *uſu Mod. pand. ad tit. de Statu
hom. §.* 5. quamvis Joachim. Potigieſer de *Con-
dit. & ſtatu Servor. libr.* 1. *cap.* 3. §. 31. exiſti-
met, illos pro ſervis propriè talibus eſſe repu-
tandos.
569 Dixi II. *indeque pendentium jurium.* Liber-
tas enim quoad plenam & expeditam agendi
diſponendique facultatem in ſervis impropriè
dictis non parum circumſcribitur, dum abs-
que conſenſu domini non poſſunt emigrare
à loco aut fundo; eique tenentur operas &
ſervitia præſtare, veluti notabitur in *libr.* 3.
tr. de Perſ. Reb. & Jur. Eccl. p. 1. *cap.* 1.
Dixi III. *impediens, quò minùs homines proprii.*
570 Hujusmodi ſervi nuncupantur paſſim homi-
nes *proprii*, vulgò Leibeygne / quaſi ad proprie-
tatem domini pertinentes, ut ſcilicèt in gra-
tiam & commodum illius operas perſonales
& reales exhibeant. Et quidem, ſi glebæ vel
fundo colendo ſint adſcripti, vocantur *ad-
ſcriptitii*; ſin autem ex illis nati ſint, *originarii*
compellantur.
Dixi IV. *ad Ordines promoveri valeant.* Ita 571
perſpicui textus in *cap. frequens* 10. *cap. ad-
mittuntur* 21. *Diſt.* 54. Parificantur enim in-
ter ſe ſervi propriè tales, & homines proprii,
quoad ſuſceptionem Ordinum: tum quia &
homines proprii cenſentur eſſe vilioris condi-
tionis *cap. generalis* 12. *d. Diſt.* tum quia domi-
norum intereſt, ſua jura per retentionem ta-
lium hominum tacta ſervare *d. cap. generalis* 12.
Proindeque, ſi contingat, unum ex hominibus 572
propriis de facto ordinari, pari ratione de illo,
ac ſervo proprio, ad Ordines promoto, di-
ſcurrendum eſt juxta *cit. cap. frequens* 10. *d. cap.
generalis* 12. *in f.* & *cap. quis aut* 31. *d. Diſt.* 54.
Quòdſi Dominus ſervum, tam propriè 573
quàm impropriè talem, ſacris Ordinibûs ini-
tiatum, intra triennium repetere neglexerit,
non ampliùs auditur, niſi impotentiam repe-
tendi docere potuerit *arg. cap. ult. XVII. q.* 2.
ubi de ſervis, ad Ordines Religioſos convo-
lantibûs, ita ſtatutum eſt.

§. III

Quomodò tollatur impedimentum Servitutis?

574 IMpedimentum Ordinis, ex ſervitute pro-
manans, non tantùm Epiſcopali diſpenſa-
tione tolli non poteſt *cap. de ſervorum* 2. *de
Servis non ordinand.* ſed etiam Papali diſpenſa-
tione, invitô dominô, relaxari non ſolet.
575 Enimverò, licèt ſervitus ex *Ordinatione Apoſto-
lica* quempiam ab Ordinibus impedire dica-
tur in *can.* 81. *Apoſtolor.* attamen in hypotheſi,
quâ dominus invitus eſſe ſupponitur, etiam
de Jure Naturali impedimentum Ordinationi
ponit, quatenùs Jus Naturæ prohibet, ne
alicui nolenti & diſſentienti jus ſuum adima-
tur.
576 Tollitur itaque Servitutis impedimentum
per manumiſſionem domini, quâ ſervo ple-
naria libertas donatur *cap. ſi quis* 7. *Diſt.* 54. *cap.
inſtruendi* 1. *cap. de ſervorum* 3. *cum ſeqq. de Ser-
vis non ordinand.* Qualiter autem manumiſſio
fiat, tradunt Gonzalez ad *d. cap. inſtruendi* 1.
num. 3. *&* 4. & Clariſſ. D. Franz ad *tit. Inſt. de
Jure perſonar. n.* 35. *& ſeqq.*
577 Dixi; *plenaria libertas.* Nam ubi libertas
plenè non donatur, ſed domino quoddam ob-
ſequium temporale reſervatur, non tollitur
impedimentum Ordinationis *cap. quicunque* 5.
578 *d. Diſt.* 54. Obſequium verò ſpirituale
ſibi reſervare dominus non prohibetur; &, ſi
ſervus, poſtmodùm ordinatus, illud detre-
ctaverit, juxta *cap. nullus* 4. *d. t. de Servis non or-
dinand.* deponitur. Clariſſ. P. Schmalzgrueber
ad *eund. tit. ſub n.* 3.
Quæres: utrùm, quæ dicta ſunt de ſervis, 579
etiam dicenda ſint de filiisfamilias, quòd nem-
pe, conſenſu patris non requiſitô, ad Ordines
promoveri non valeant?
Reſp. cum P. Engel ad *cit. tit. num.* 7. P. 580
Schmalzgrueber *ibid. n.* 5. negativè. Ratio
eſt: quia, tametſi valde conſentaneum ſit ho-
neſtati, in electione ſtatûs Eccleſiaſtici pater-
num requirere conſenſum; id tamen neceſſa-
rium eſſe, non deprehenditur: nam, ut loqui-
tur in ſimili Pontifex in *cap. cùm virum* 12. *de
Regularib. in fin. liberi* poſt annos diſcretionis *li-
berum habent arbitrium, & in electione propoſiti*
(ſeu ſtatûs) *ſequi parentum non coguntur volun-
tatem.* Nihilominùs à poteſtate patria 581
filiusfamilias per Ordinationem non libera-
tur; niſi in Epiſcopum fuerit conſecratus *l. ſa-
croſancta* 34. *& Auth. ſed Epiſcopalis Cod. de Epiſc.
& Cleric.* Itaque bona, quæ habuit ante 582
Ordinationem, in antiquo patris remanent
jure; quæ verò poſteà conſecutus eſt, refe-
runtur ad peculium quaſi-caſtrenſe, atque ad
liberam illius diſpoſitionem ſpectant *d. l. ſacro-
ſancta* 34. & *Authent. Presbyteros Cod. de Epiſc. &
Cleric.* P. Engel *cit. l. n.* 8